Ioan. 10. dum præter hominum morem, in extrellum usque halitum, sensibus & horum organis inting  
vitur, vt clamori tanto sufficienter, & spiritum suum propriæ potestate dum ipsa vult efflat, sicut  
antea dixerat: Nemo tollit animam à me, sed ego pono eam à meis. Interim de animarum con  
ditione hic locus nos admonet. Christum enim humanam quoque animam assumptum dibi duximus,  
1. Cor. 15. & idem quas in ea suscinit passiones abunde testantur. Hanc verò ipse spiritum vocat, & tandem  
Phil. 1. iam moriatur Deo patri commendat. Anima ergo nostra spiritus sunt quoad essentiam suam, &  
LUC. 16. corporis digressæ non euaneantur nec perirent, sed superficies viuent. Docent hoc Christi verbæ, quæ  
in se credentes à morte in vitam transire dicunt, quod de sola anima potest intelligi, & quod corpus  
prius resoluti & corruptibilitatem omnem excutre prius oportet, vt in nouissimo die incorruptibilem &  
gloriosum resurgat. Et Paulus Apostolus dissoluere cupit, & esse cum Christo, nimurum quod anima  
corporis erga stol liberatam in beatorum sedes ad Christum transtulerat scire. In Evangelio  
Lazarum, id est, animam Lazarī in sinum Abrahami deportatam suis legimus, Confiteatur  
Ib. 16.

hō illorum deliria & impia commenta, qui animas, rōbi à corporibus migrarunt, vel dormire, vel etiam in somno aut evanescere aūnt, quasi inter hominēs & bruti animaliis animam nihil sit disserimēt. Student quidem impij homines eiusmodi fabulis conscientie terrores eludere, qui inuitis quoq̄ occurſant, at quā vana fuit ista solatia, olim magno suo mōdo experientur: & plerunque tales iam morturi animæ terrores sentiunt, & quia de eius salute nihil norunt, in voces desperationis plenaſ erumpunt. Exemplum huius rei in Elīo Adriano Imperatore habemus, qui cū bonis literis Aelius Adria-  
nus impētor esset, Christi autem & eternæ salutis cognitione desitueretur, moriturus hospes vero nūs imperator  
fieſcūs recitabat:

*Animula vagula, blandula,  
Quæ nunc abibis in loca?  
Nec ut soles, dabis iocor.*

Omiserum & infelicem Imperatorem. Animam corpori superstitem fore videbat, quō autem migrat-  
ura effet videre non poterat, & proinde de illius discessu queritur. Quād melior Christianorum  
conditio, qui & animas vivere, & illas cum Christo locum in celis paratum esse intelligunt. Firmi-  
ter ergo teneamus spem istam, & Christi exemplum imitati, in mortis articulo animas nostras simili-  
ter Deo patrī & Christo redemptori commendemus. Hic enim mortis Christi fructus est, quōd nobis  
eam potestatem suā merito impetravit, ut illad nobis tuto liceat, iuxta illud: Volo rōbi ego sum, ibi  
etiam si minister meus. Hęc vi moritūs consolatiōne firmissimam exhibent, ita queſtusas su-  
perstitiones monachorum et sacrificiorum euertunt, qui cū limbo purgatorium quoq; fabricarunt,  
& moricuros animas suas, non Deo creatori, sed Diua virginī, aut Barbarā, aut Christophoro, aut  
alijs Diuis commandare docent; quod ut nulla scripturarum autoritate probari potest, ita Christi  
& sanctorum omnium exemplis aduersatur.

Quarid, moriente Dei filii aulam sine velum templi in duos scinditur à summo usq; ad imum. Velum templi  
Erat enim templum Iudaicū diuīsum in Sanctūm & Sanctūm sanctorūm. Pendebat inter hęc aut scinditur.  
leum ingens & pretiosum, intra quod nemini mortalium ingredi licet, ab preter quād summo pon-  
tifici, & quidem sēmēl duxatāz in anno. Et quia interior illa templi parte regnum calorum adum-  
brabatur, auleo isto quoq; reliquias ab eius ingressu arcebat, admonebantur (vt Apostolus ait) non- Hebr. 9.  
dum manifestatam aut patefactam esse viam sanctorum, consistente adhuc priori tabernaculo. Scin-  
ditur autem in Christi morte non sine miraculo velum hoc, ut discamus illius merito viam celorum  
nobis aperiri, & per illum omnibus nobis iam licere, ut in Dei conspectu progreſſi coram illo intre-  
pida fiducia confidamus. Sicut enim regale sacerdotium (vt Petri verbis utar) & Christus omnes 1. Pet. 2.  
in se credentes Deo reges & sacerdotes fecit. Quod si ergo in Christo patefacta est sanctorum via, & Apocal. 1. & 3.  
sublatum velum, quo à proprietate mysteriorum salutis iniuita arcebamus, legales quoque ceremonias  
simil abrogatas oportuebant, eò quod umbrae locū non aliquis conceditur, ubi ipsa veritatis lux sepe  
oculos et sensibus nostris ingerit. Confirmatur ergo hoc velū seipſi miraculo dictum Christi, quod supra  
ex Ioanne adduximus, quo redēptionis nostra negotiū iam consummatum esse refutatus fuit. Et  
hoc illud est, quod Apostoli deinceps sua doctrina admodum diligenter illustrarunt, legē nimis  
ceremonias in Christo sublatas, & nullum amplius illarum usum esse, nisi Christum nobis iniuriam  
facere velimus. Quae doctrina Iudeorum odia illa exīcitauit, & pricipia persecutionum causa fuit, Actor. 6.7. etc.  
quas Iudeis authoribus sustinuerunt. Quorum exemplo adhuc insistunt, qui hodiē ceremonias plus  
quam Iudaicas Pontificum superstitiones & anaricia postliminio reuocatas pertinacissime tuentur,  
& ferro simul atq; igne persequuntur eos, qui in viuis Christi merito acquisiſcant. At meminerint  
ijdem illi, haec velū scissura Iudeorum quoq; pœnas denotatas fuisse. Latuerant illi dū sub templi &  
cultus externi umbraculo, & scimus Deum propter illum sepe pepercisse vbi Hierosolyma, ne illa  
pereante, nomen suum male audiret apud gentes, quam rationem p̄i frequentem in precibus suis ad-  
ducunt, quando pœnas imminentes, vel etiam nūs presentes, deprecantur. At scinditur velum &  
simil abolentur legalia omnia, ut intelligent, Dei protectionē planē auferandam ab ipsi, nec illum  
passurum amplius, ut templo & ceremonijs ad peccandi licentiam abutantur, et sub his quasi in la-  
tronum speluncā deliciant. Et hoc fore olim Iāias predixerat, quando templi simil & armorum tem. 7.  
fiducia clavis dicit; Reuelabitur operimentum sine velum Iuda, & respicis in die illa ad armamen- Iāiae 22.

earium domus saltus, &c. Hoc ipsum sibi applicent, quo<sup>r</sup>quot hodie Christo relicto in invenienti  
monijs salutis fiduciam collocant, & pro illis aduersis pios fratres crudelitate summa disludent.

Terrae-  
motus, &c.

Quin<sup>t</sup>o terrae motu horribilem factum fuisse Matthaus scribie, caius vi & pete scilicet fuit, &  
sepulchra patefacta, ex quibus sancti aliquot resuscitati urbem ingressi sunt, ubi multa expe-  
runt. Notatur & hoc prodigio sceleris in Dei filium commissi indignas, quam ne terra quidem  
duri<sup>s</sup> am pere& sustinere potuerunt: & impis sue exprobatur durities: quis Christi patitur  
mouet, ut vel credant in Christum, vel illius nomen cum dictis tum factis suis prophaneantur.  
Simul verò mortis Christi virtus exprimitur, que suo merito nobis vitam restituit, & ei impli-  
catione totum orbum terrarum concusus & immutauit, ut gentium corda, que in superstitiis  
et peccatis supra petras induruerant, non modo funderentur, sed illa tota emolire. Abram pere-  
rent. At qui hac illa orbis commotio est, quam olim per Hageum Deus pradixerat Adamicum,  
id<sup>b</sup> breui, ego commonebo calum & terram, & mare & continentem. Et commovebo omnes gentes  
& veniet qui desideratur ab omnibus gentibus, impleboq<sup>h</sup> domum istam gloria, dicit Dominus ex-  
citum. Impletur hæc etiam hodie, aed ut Christi gloria, que in eius morte se exeruit, quadriga  
uitis impis omnibus illustretur.

Signorum in  
morte Christi  
effectus.

Restat videre, ut signis istis moti sint, qui illa viderunt. Vbi de sacerdotibus non opus est, dum  
quos in copta impetrare perstitisse ex ihsu satis pater, que deinceps fecerunt. De Centurione autem,  
qui illi ex adverso stetit ( nimurum ut ex more supplicij executioni praefest ) memorabile equum  
narratur: quod cum illum tanto cum clamore expiravisse, & signa reliqua simul videntur videtur,  
primo valde timueris, deinde Deum glorificari, & ipsi Christi testimonium tulerit amplissimum,  
dicendo: Verè homo iste erat filius Dei. Addi his Lucas: Et omnes turbæ, quæ conuenerant ad hos  
Eaculum illud, cum vidissent que siebant, percuentes pectora sua reverenterbantur. Num reu-  
momentaneus modo impetus ad penitentiam fuerit, non opus est curiosus disputare. Factumque  
est, illos nondum solidâ & perfectâ Christi cognitione imbutos fuisse, quam ne Apostoli quidam in  
temporis adhuc habuerunt. At interim crediderim hæc non vultaria fuisse principia, quibus ex-  
tati posse a fidei doctrinam facilius amplexi sunt; nec creditibile est, Deum sua grata in posseveru-  
re fuisse, quos num in ipso supplicij loco filij sui precones fieri voluit, ut illos rabiōsus facerent  
rori opponeret. Admonem autem horum exemplorum signa que præter solitum naturam sunt, ut  
nequaquam à nobis scit anter negligi debere. Nihil enim in terris fortius fieri, Christus denun-  
quando ne passerculos quidem ab ihsu, patris voluntate interire ait. Quin ipse de signis, que nunc in  
tempore horribiles rotins mundi motus & suum gloriosum aduentum praecessura sunt, nos docet,  
& illa obseruari iubet. Sed ò duritatem nostram. Prodigia quotidie certimus, & nullum quis  
seculum fuit, quod plura nostro hoc viderit. Plerique tamen adeo absurdiorunt, ut illa aut placuisse  
gligant, aut incuriositer & impie irrideant. Accubabunt hanc mundi impianam securitatem elementa  
que iudiciorum Dei sensu magis quam homines permutentur. Commendatur præterea exemplum  
admirabile Dei bonitas & precum Christi mediatoris nostri efficacia Illum enim pro ihsu intercessione  
scribit Lucas, à quibus crucifigebatur, & dixisse: Pater, ignosc illis, ne siue enim quid faciat, de  
non irritas fuisse istas, cum ex hoc militem exemplo patet, cum ex eo, quid primus Apollonius  
rum concionibus aliquot millia eorum contra se fuisse legimus, qui in filii Dei morte confundentes  
Solentur nos ista in conscientia tentationibus, quando fieri nequit, ut filii sui intercessione pro  
ibis Deus aspernetur nunc, postquam illi per eius mortem iam reconciliati sumus: quod de reali filio  
fius est dictum. Amplectamur ergo constanti fide Iesum Christum, qui morte sua glorijs peccato-  
rum omne sustulit, & nos sibi fecit regni sui cohæredes, illi debetur benedictio, honor, gloria & po-  
nas in æternum. Amen.

## H O M I L I A CXXXII.

Erant autem & mulieres eminus spectantes, inter quas era Maria  
Magdalene, & Maria Iacobi parvus & Iosephus, & Salome: Que etiam  
cum esset in Galilaea, secutæ fuerant illum, & ministrauerant ei: aliaq<sup>z</sup>  
multas

bodo Christo reliquo in invenit  
tres crudelitatem summa dignitatem  
scribit, cuius vi & pene fuisse  
em ingressi sunt, & in multis  
indignitas, quam ne terribiliter  
duritas, quis Christi patitur  
is tunc facta suis propinquitate  
nobis vitam refutavit, & in  
genitum corda, quia in super  
ad illa tota emulatur. Antra  
gum Deus prædixerat: dico  
vobis. Et commode omnes  
cum istam gloriam dicit Dominus  
in eius morte se extrahit qui  
bi de sacerdotibus non opere  
cepserunt. De Comuni  
cutione præfet) monitum  
& signa reliqua simul videlicet  
risto testimonium tulerit aperte  
omnes turba, quem concurrit  
a sua reverentur. Non re  
tineat curiosus disputationem.  
Eius fuisse, quam ne apud ipsius  
ruleraria fuisse principia, puto  
et est. Deum fuisse granum pe  
ri volvit, ut illi rabiis facili  
que præter solitum naturalem  
in terris fortuò fari, Christo  
et ait. Quin ipse de signo, que  
dantur praecipitatis, non acc  
ordat certum, & nullum re  
sponde obfundunt, nilla ampli  
e mundi impian fecerunt tam  
er. Commendatur præterea  
efficacia. Illum enim præsum  
oce illis, ne scimus enim qui fac  
patet, cum ex eo, quod primi do  
us, qui in filii Dei morte confite  
re, ut filii sui intercessione  
re reconciliati famus; quod de re  
Christum, qui morte sua glori  
betur beneficio, bono, quoniam  
multa

multæ quoq; simul ascenderant cum eo Hierosolymā. Cdm autem serum  
dici iam esset (quoniam erat paracœde, hoc est antesabbathū) ueniens  
Ioseph, ortus ex Arimathæa, honestus Senator, qui & ipse expectabat  
regnum Dei; fidenti animo introit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Pi  
latus autem miratus efl si iam mortuus esset, & aduocato Centurione,  
interrogauit eum, an iamdudum mortuus fuisset. Et re cognita ex Cen  
turione, donauit corpus Iosepho. Is autem emit sindonem, & deposi  
tum eum inuoluit sindone, depoluitq; in monumento, quod erat exci  
sum è petra, & aduoluit saxum ad ostium monumenti, Maria Magda  
lene uero, & Maria Iose, spectabant ubi poneretur.

**E**T si Dei filius diram & infamem mortem subire, & in illa extremè humiliari voluerit, ut nos Argumentum  
et usus pre  
sens loci.  
ab eterno damnationis infamia liberaret; idem tamen ut scandalo crucis mederetur, inter mo  
riendum diuinam suam potentiam & maiestatem multa argumenta palam exeruit. Primo enim  
latroni suam imploranti inter extremitas mortis dolores paradiuum & vitam pollicetur, ut se  
vita & mortis Dominum esse ostendat. Deinde se illud non inani arrogantiæ & temeritate face  
re, sed revera talem esse reip; ait id est, prodigiis omnem humanam potentiam superanib; testa  
tur. Soli enim suum splendorem eripit, terram totam immam moru concuit, petras & cum his ve  
lum templi scindit, sepulchra recludit, animam suam propriæ potestate in manus Dei patriis deponit,  
denique in ipsis hominum animis operatur, quos efficaciter mouet & immutat, ut ipsius innocentiam  
& diuinitatem publice prædicent, qui paulo ante crudelissimi hostes scurrili licentia omne conuicio  
rum genus in illum effuderant. Accedit huius omnibus sepulchra, quoq; ut olim Iudas prædicerat Isaiæ 53.  
multis modis honorifica fuit, & sua magnifica crucis probruma magna ex parte aboleuit. Vt si  
omnium est, in crucis ignominia offendamur. Solet enim Deus suorum memoriam in hoc etiam se  
culo asserere & tueri, iuxta illud Psalmi; Iusti memoria eterna erit, Iustum, Iusti memoria laudem ha  
bet, impiorum autem memoria sordet. Si quam vero infamiam in presenti sancti propter exercitatus  
confessionem sustinet, illam in celis Deus immortali gloria compensat. Quod vero sepulchra  
Christi historiam, primò persona producuntur, quoq; ad illam aliquid contulerunt: deinde qualis illa  
fuerit, narratur.

Inter personas primo loco habemus mulieres, que in praesenti quidem nihil contulerunt, nisi quod  
eminis & mortis supplicium & sepulchram preclarunt, multum autem facturae erant, nisi illas sua  
resurrectione Christi preuenisser. Fuerunt inter eas Maria Magdalene, sic dicta ab yrbe Mag  
dalo, ubi nata fuerat, Maria item Iacobi parvus & Iose mater, quam Cleopha vxorem & Diuæ vir  
ginis sororem fuisse Iohannes scribit. Additur his Salome, de qua nihil certi in scripturis præterea tra  
loian.19.  
tor. Lucas simpliciter mulieres dicit, quae ipsam ex Galilea vltque Hierosolymam fuerint secu  
re, unde præter has etiam alias multas affuisse Marcus ait, è quod in ultima illa profectio com  
itatum ipius maximum fuisse constat. Sed & notos eius cum illis stetisse Lucas scribit: Ex omnibus  
tamen sola mulieres iste nominat producuntur ab Euangelistis, tum quod illarum fides illustrior  
fuit, tum ut tacita comparatione discipulis opponantur, qui iuri maxime suam infirmatatem pro  
diderunt, quando ipsorum fides cum primi lucere debuit. Et sanè eximium fidei vera & constantis  
exemplum in mulieribus istis spiritus sanctus proponit. Illas enim tam pridem Christo ministrasse  
& aliquas illarum ex suis facultatibus ipsius aliisse, Lucas testatur. Nec tamen istis officijs far  
gat, sed eundem relictis rebus suis omnibus Hierosolymam vlt, secuta sunt, nec illas absterruerunt  
frequentes & trifles admodum Christi conciones, quas in ea profectio de sua morte habuit. Adhac Luc.9.19, etc.  
cum illum in hostium immanissimum manus venisse, & ab illis ad crudele & infame crucis sup  
plicium abripi viderent, ne hoc quidem illas offendit, sed quem docentem & miracula facientem ob  
seruant, nunc etiam pte diligunt, & cum non alia re posint, saltem sua praesentia illius dolores sub  
leuant. Inne mortuum quidem derelinquent, sed sepulchra locum diligenter obseruant, ut quod  
unum restabat officium illi prestare possint. Ardenteram ergo & constantiam fuisse oportet  
fidem illarum, quae per eos laborum, sumprium, & periculorum obstatula, adhac per crucis infi

miā, quae Ap̄stolū ihsis scandalō fuit, eluctari potuit, ne deficeret. Nob̄is autem illas in exemplis proponi cogitemus, ut rbi Christo nomen dedimus, fortis constanciā in finē v̄ḡ perseruēmus, ne v̄lis remōrē nos patiamur impediti vel abstrahi. Nam vt Christus ait, Nemo qui pos̄it quā mānū araro admouit, à tergo respicit, dīgnus est regno Dei; sed qui perseruauerit in finē v̄ḡ, saluerit. Luc. 9. Matth. 24.

Decorum mu-  
lībre.

Gen. 18.

Tit. 2.

Genes. 34.

Iosephus ab  
Arimathea.  
2. Sam. 1.

Lac. 2.

Marc. 4.  
Proverb. 30.

Simil autem obseruab̄s, mulieres ihsas, et si in officio longe sanctissimo occupentur, non tamē decori obliuisci. Nec enim impudenter medijs viris se īgerunt, sed eminē p̄fēctant, ut suū temp̄is p̄fēstent, quod iam ante animo conceperant. Suō igit̄ exemplo omnes eas arguant, que vīcīos discurrunt, lasciviam & petulantiam suam omnī oculis īgerunt, & ne ab illis quicunq̄ facilius abstinent, quibus ne viri quidem grāves int̄eresse debent. Imō ut potest olim dicēbat, sp̄iatum veniunt, veniunt p̄fētentur vt ipse. Longē aliter Sarra, quam matrem feminarum cretum Perrus vocauit, quae cūm Abraham angelos hospitii exceperit, nequāquam hōbitum ergo currebat, sed intra sui tabernaculi ostium ea peragebat ex mariti mandato, que hōbitū accipit honorifica fore putabat. Et Paulus Ap̄stolus mulieres fidis domus cūfodes esse tubit, quod illas cūprimis decere, gentium quoq; sapientes obseruantur. Phidias enim Elegibus Venim̄ res̄fiedundi inſt̄fētū sculpsit, ut inter mulieris dotes hanc non postremam eff̄ docere, fiducia curam sedulō obire, nec extra illam temere vagaretur. Apud Egyp̄tos autem patrius mox̄fū calceis v̄terentur mulieres, vt ipsa quasi necessitas illas domi manere cogerer. Neq; iste finē zātione homines sapientissimi influerunt. Quām facile enim pudicitia & honoris sui iactantia, qua licentiosius vagantur, exemplum Dīne Iacobī filiā docet, quam ea occasione confūp̄rāti lōchem princeps, quōd ut filiis Chanātides p̄fēclarēt, incāutus egressa fuerit. Sunt eius genitrix empla p̄fēsim obvia. Si qua ergo pudoris sui studio vero tenentur, nostras hōsib̄ sibi imitandas p̄nāt, que in sanctissimo opere sui tamen officij memores fuerunt.

Subiicitur mulieribus ihsis p̄cipiūs sepulture Christi auctor, Iosephus ex Arimathea civis oriundus, quam nonnulli eandem fuisse putant cum Ramabaim, Samuelis prophete patri. Hoc personam Euangeliste diligenter admodum describunt. Prīm Senator fuit, sic deinceps, ut in hac habebat. Marcus eidem morum & vita honestatē tribuit. Lucas in super virum bonum & ihsu fuisse testatur, idq; exemplo probat, quia non conseruit in Christi mortem, cū reliquo illo vñnumi consensu damnare. Additur his omnium virtutum fons, quōd exp̄petari regnum Dei, salutem & instauratiōnē, quam Deus in Christo promiserat: quo præconio Simēon queḡt. Nec id leuis fuit, quando tales salutis ſēm̄ conſtanter reinebant, cū publica religione comp̄i regnaret, & ipſa ſalutis promiſſe doctrina fabulosis traditionibus eff̄ obſcurata. Nec modis exp̄. Elavit regnum Dei Iosephus, sed discipulus quoque Christi fuit occulus, & prōinde ipsius quo būius inſtauratorem eff̄ creditur. Adāit his omnibus Matibāns diuinum ſuff̄. Et caritati, tamen facinus fōrdidissimū & periculōsū aggreditur, dum ex cruce depōni hominem commissū Concilij & Praed̄is autoritate damnatur, & illud agendo illorū iudicium iugulat. impietatis accusat. Annōcantur hāc diligenter, cum vt eius ſides magis elucet, tam vt diuīs, nec opes, nec honores, nec etiam poteſtatem politicam obſtare, quā minus Dei ſervi ſimū, & diuī grata ſint noſtra officia, modō animos vera pietate imbūto habeamus. Ut enim paupertas ſinib̄ minēs Dei cognitione deſtitutos incidat, impatiētes reddit, & magnorum ſcelerum caſaf̄, in nomine illam veteres maleſuadā dixerūt: Ita diuītū cum fide & pietatis ſtudio coniuncta p̄petuā pulcherrimarū virtutum occaſionē p̄brent, & in illarū exercitio nos non vulgari te- uant, ſicuti patriarcharū quoq; exemplū admonemur. Minime ergo audiri debent homines iusta, qui vt in paupertate & ſordidus ſalutis meritorum conſtituunt, ita diuītē omnes vñā cum diuītē ſim̄pliciter damnant: nec obſeruant, illas inter Dei dona cferi, que nob̄is ex eius ſigillata dictiōne obtinunt. Scimus quidē eas alibi ſp̄inis conſerri, & ſanctos orare, ne diuītē immidiſſi illos Deus donet: Sed iſtud noſtro vīto fit, qui carnis cupiditate inflammat circuū p̄petuā camus, & tandem illarū fiducia abrei Deum quoque contemnimus. Et eodem ſanctis ſp̄iam quoque deprecari legimus, ne illa Dei abnegatores faciat. Frātēs ergo iudicii noſtri meritatē, & animos noſtros fide & Dei timore inſtruamus: ita fiet, vt ne diuītē ſanptē

ficeret. Nobis autem illarum  
lantia in finem regni peruenientibus  
Christus ait, Nemo qui perfidus  
ui perfueretur in finem regni.

Sed ad Iosephum nostrum redeamus, qui cum iam serum esset eius diei, qui sabbatum proximè Iosephus cor-  
precedebat, & quo Christus moreus fuit, fidem animo ad Pilatum ingressus corpus eius petie, nisi p[ro]p[ter]e Iosephus petit  
mirum re ex cruce sublatum honorifice sepeliret. Pilatus vero ubi ex Centurione intelligit, illum  
circum opiniione sua expravisse, hoc illi concedit. Mox ergo emis sindonem, qua ipsum involuat, &  
circa huc occupato (ut Iohannes testatur) iungit se Nicodemus, qui etiam ipse aliquando Christum Ioh. 3.  
occultè connenerat, & in salutis causa ab illo fuerat institutus. Venit is ferens mixturam myrrae &  
aloes, ad libras ferè centum. Itaq; corpus Iesu una cum aromatibus involutum lincteis, in sepulchrum  
nouum ex terra excisum deponunt.

Hic vero admirabilis Dei providentia & inuita potentia consideranda venit, qua ille regnum Dei prouidentia  
suum in h[ab]ice terris administrat. Cum miraculos clarus viveret Christus, & manifesta diuina virtus  
rebus indicia quotidie proferret, pauculos discipulos habuit, qui ipsum doctorem & magistrum suum  
publice agnoverent, quibus deinde aliqui occulti affererunt, qui etis in illum credenter, tamen metu  
impediti eum profiteri non audebant. Mentionem horum facit Iohannes cum ait: Ex principibus  
quog multi in eum crediderunt, sed propter pharisaeos non confitebantur, ne & Iyngoge exercerentur.  
Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Nunc vero, cum in cruce inter latro  
nes medius expiravit, aperte quidem discipuli pre metu dispersi delitescunt, ex occultis vero intrepide  
prodeunt Iosephus & Nicodemus, & illius gloriam sepulchrum honoribus afferunt. T[em]p[or]e er-  
go quando periculum nullum, aut certe exiguum apparebat: quando autem fies in humanis nulla  
superaest, fidei robur proferunt, & animi fortitudine reliquos omnes superant. Exempla huius gene-  
ris multa in historijs occurunt eorum, qui cum prius omnes alios fidei constantias & spiritus sancti  
deinceps longe excellerent, postea persecutio tempore, metu insperato correpti, nihil sua pro-  
fessione dignum fecerunt, cum interim constantes fesu praebenter, qui antea vias tyrones adhuc  
videbantur in Christiana militia. Nos ex illis discamus, non temere damnare infirmos in fide, nec Rom. 14.  
nobis ipsi nimium tribue, si quando in fide stare videmus. Facilius enim est lapsus, nisi presenti Dei  
manu sustentemur. Curent tamen plenodie in h[ab]ice exemplis abutantur ad fouendam carnis  
ignauiam: quin potius cum Iosepho & Nicodemo in melius proficiant, ut fortes sint & intrepidi,  
quando ipsorum operam Deus requirit.

Præterea officij hic admontum diuines, imprimis vero qui in magistratu sunt constituti. Debet Magistratum  
hos ante omnia morum & vita honestas, ne exemplo suo eos offendant, quibus ipsi presenti. Nam ut officia.  
poeta ait, In vulga manant exempla regentum. Roma Carij & Fabricij regnibus virtus flo-  
ruit, & res publica iniurie est propagata. At ubi Asia delictis corrupti proceres, ab autorum moribus  
degenerare cuperunt, luxus apud omnes ordines inmaluit, & eò ut prografia est morum licentia, ut  
tandem Romano Imperio extitilis fuerit. Plurimum ergo falluntur, qui sibi eo nomine plus licere  
putant, quod potentia & autoritate religiosus antecedat, cum potius eò maiorem ritua sue rationem  
babere debeant, quod maior est exempli ipsorum autoritas. Deinde iustitiam sancte colant, & Dei iu-  
dicia sibi concredita esse cogitent, & proinde non licere sibi ut quicquam ex priuato affectu agant,  
quod illis aduerteret. Iustitia autem est, suum cuique tribuere, oppressos & afflictos afferere, bonos tue-  
ri, malos & improbos penitus dignus coercere. Et hoc præcipua sunt officia, quæ Deus magistratibus  
prescribit. Quod si illa non semper præstari possunt, carent faleem, ne improbis iniquorum consilij si-  
se decretis ipsi contentiant, sed aduersus illi publice protestentur: quod Iosephum invincisse constat  
ex eo, quod tam disertè scribitur, ipsam in Christi mortem non consenserit, Postremo Dei gloriam  
cordi habeant, & in illa propaganda atq; afferenda fortes sint atq; constates. Quod eò magis facient,  
si in Dei regnum respiciant, & huius mundi potentiam atq; honores momentaneos & fluxos esse co-  
gitent. Et sane cum à Deo omnem suam potestatem & autoritatem acceperint, hanc illigritiam Rom. 13.  
negare non possunt, ut vicissim ipsius quoq; bonorem tuerantur. Quod qui faciunt, facile laborum & Daniel. 21  
periculorum socios inuenient, qui sibi præter omnem expectationem offerent, sicut Iosepho Nicode-  
mum accessisse videmus. Nec enim sua ope eos destituit Dominus, qui vel ipsius vel publica salutis  
negotium serio & bona fide agunt.

Sepulture Chri  
ti descriptio. Sed ipsam sepulturam Christi descriptionem videamus, in qua primum tempus nostatur, regum paschale prepararent. Facit hoc ad resurrectionem Christi, quam tertio die post secentam fuisse stat, sicuti Iepis prædixerat. Deinde aromatibus, myrra nimis et aloë, conditum corpus eius in monumentum nouum deponunt, in quo nemo vnguam iaceret. Quodcumque quoq; non sine mysterio factum fuit, ne dei alius quipham, vel ipse alterius virtute rei inveniatur, putaretur, sicuti de illo legimus, qui in Elysæi sepulchrum abiectum renixit, cum illius osla tangitur. Hic autem sepulcre ratio eorum consideranda venit. Est hic resuissimus mos, et iam inde usus mundi sanctorum exemplis comprobatus, ut defunctorum corpora terra mandentur. Ceterum autem cum Dei sententia, quam ille contra Adamum pronuntiavit: Terra es, et in terram teris. Ita vero rem instituit Deus, partim ut nosre conditionis memoris minus efframen, partim futura resurrectionis spes confirmetur. Habet quippe sepulcra aliquam femoris similitudinem, de qua ipse Christus, et post illum Paulus Apostolus dixerunt nos admonent. Ut enim terra plena mandatur feminam, et ubi in illis resoluta et emortua sunt, ex ipsis cum favore enascentur, in terram deposita corpora nostra, ubi per illam resoluta corruptibilitatem suam exierunt, clamida noniusimo gloriose et clarificate resurgent. Et ut hanc spem veteres magis fuerint, certa spes eius loca esse voluerunt (sicuti in Abrahami historia legitur, qui agrum ab Ephrone Hebreo non resum emit) et ideo corpora defunctorum aromatibus condierunt, ut vel eo ritu future resurrectio nis spem publice testarentur. Exemplum eius rei in Ioseph extat, qui patri Iacob corpora meos condidit tradidit: Et ab eo tempore morem illum inter Iudeos seruatam fuisse, ex presenti industria patet, in qua Iohannes scribit, Christi corpus pro communis Iudeorum morte aromatis fuisse datum. Quem morem ut hodie reuocemus minime opus est, cum inter Christianos homines, quoniam veritatis lux plenissima fulget, certior et firmior esse debet resurrectio fides, quam ut illum superuacans confirmari oporteat. Quoad vero sepulcra, primo curandum, ut ea honesta, ne ignominiosi tractentur corpora defunctorum, que cum vivant, spiritus sancti organa, in templis fuerint, siquidem credentium fuerint. Iubet idem communis humanitatis lex, cuius operationem ita nobis Deus commendat, ut ne facinorosorū quidem cadavera diutina in cruce rursum voluerit. Et Moabites inter excidi causas obiectivit, quid legum natura oblitus regi Iamnia combusissent. Quid? nonne inter gentes male audierunt olim, qui mortuorum corpora ferri clamanda obicerunt, vel per negligientiam illa sepulcra honore fraudarunt? Hec vitium hodiernum obseruant, qui in Christi membra tam furiosa rabie grastantur, ut illa occidisse ipsi nihil videantur posse mortem quoque illa infestent, et in illorum osla vel cineres desauiant. Ut vero defunctionis corpora nec negligentia nec inhumanitate tractari debent; ita superstitio quoque cauenda est, ut pulchre magnificientia et superstitionis exequiarum ritibus salutem animalium promoveri possimus. Nihil enim tale sancti Dei cultores vnguam obseruant, sed gentium superstitiarum hymnum est, quae animas, quarum corpora inhumata iacerent, vagari putauerunt, scilicet de Palmarum reliquis naufragij socii Vergilius nugatur. Postea ubi inter Christianos superfluo locum vident, inde quæstusissimam errorum officinam excitavit satan, et ignes purgatorii accendit, et sanctulos cum monachis illi calefactores dedit, qui alchymistiken repererunt diu multis fructu qualitatem, qua ex preciosis non incerto demururatis, ex cereis, ex incantata cristalina, ex aqua concreta, immo ex campanarum sonitu, non modo aurum et argentum conflarent, verum etiam prædictas cimas, redditus annuos, adhuc principatus et regna constituerant. Et poterat ferri stulta superstitione, si de pecunij solis ageretur: sed cum animalium salus et Christi gloria simul in periculum veniant, nullo modo dissimilari potest. Pugnat enim cum Christi verbis, qui credentiam animas mens indicium venire, sed a morte in vitam transire ait. Procul ergo a funeribus arceri debet, quicquid perstitutionis aliquam speciem habet, ne de defunctorum salute in Christo dubitare videantur. Catur eriam fastus, quem nonnulli præter omnem rationem offent, dum sepulchra sumptuosa exhibent (quod in Sobna olim Iaias accusavit) et illa insignibus exornant, et armis ad eadem suspensos, quasi post mortem adhuc minas spirare et belli terrorum circumferre cupiant. Sunt hec amentia, peribia et deploratae confidentia argumenta, quando ne sepulchra quide nobis persuadere possunt.

Deut. 21.  
Amos 2.

Iordan. 9.

Ier. 22.

nos mortales esse cogitare, & humiliemur sub potenti manu Domini. Præterea luctus nimius & immodicus damnatur, eo quod illi indulgent vel de defunctorum salute dubitare videntur, vel de Dei auxilio desperare, quasi cum illis qui morte nobis eripi sunt simul omnis nostra incolumitas ipsi intercederit. Admonet hoc graniter admodum Paulus Apostolus, quando Thessalonicensibus scribit: Nolo vos fratres ignorare de his qui obdormierunt, ne doleatis quemadmodum & ceteri qui spem non habent. Nam si creditis, quod Iesus mortuus est, & resurrexit; sic & Deus eos qui obdormierunt, per Iesum adducet cum illo, &c. Dandum est quidem aliquid charitati, nec stipendiis sumus, qui nullo sensu tangamus, quando charissimi homines & optimè de nobis meriti auellentur. Interim fides quoq; ratio habenda est, & quam defensio debemus charitas dolorem lenire debet, quando illos iam in celo beatitudine vera frui scimus. Et hac quidem de Christi sepultura & nostra seculatura ratione dicta sufficient.

Reperit, in fine Marcus quod de mulieribus initio dixerat, illas nimurum spectasse diligenter, quod nunc corpus Christi poneretur, cui ipsa etiam transacto sabbato supremum honorem impenderet, constituerant. Repetitionis causa est, ut illas in finem usque perseuerasse testetur, quod fides & charitas indecessa argumentum fuit.

Porr̄o pr̄iusquam sermonem cocludamus, ex Matthæo inferendum erit, quod ille de obscurata & deplorata plane sacerdotum malitia & impietate annoverat. Esi enim signis paulo ante expositiis commoti sint plurimi, & inter hos milites quoque, illi tamen adeo non mouentur, ut poris noua contra Christum consilia suscipiant. Nam enim in mentem venit, quod se tertio die resurrectum dixerat, & ne id factum prohibere conantur. Pilatus itaque accedunt, & periculum esse aiunt, ne discipuli corpus eius noctu suffurentur, & illum resurrexisse dicant, & eo signo errore nocentioris causam praebant. Vbi videmus impiorum & hypocritaorum gaudia non esse diuturna, immo tales infilar maris ostuare (sicuri olim Iſaias dixit) dum semper noua pericula illorum animis occurrant, quorum metu & terrorے existigantur. Et possem noſi fecili exempla recensere eorum, qui post exercitos ipsorum consiliis Christi martyres, seu furiosi agitati omnia fibi infesta esse conqueſti sunt, & martyrum nomina non sine terrore subinde clamarami. Pilatus vero, ut etiam hic illis morem generet, cuſu fiduci militarem sepulchro adhibere permisit, & illius osium suo filio obſignauit, ne quis illud deferaret, nisi laſa maiestatis crimen vellet incurire. Quid autem haec nouo complicito Christi hostes percuruerunt? Vnum hoc, quod Christi gloriam mirifice propagarunt, & resurrectionis ipsius testes nobis conduxerunt, quorum fides nec ab ipsis quidem in dubium vocari potuit: Imo quis suis pecunij conduxerant, ut Christi resurrectionem impediāt, illorum linguis paulo post maioribus impensis redemerunt, ne illum resurrexisse predicarent. Ita impiorum conatus rident & eludunt Deus: & bodie frequenter ad Christi gloriam & veritatis propagationem cedere videamus, quod ad eius operationem ab impijs inserviat.

*Expositumus iam pro gratia nobis dinitutis concessa totam passionem Dominica historiam, cuius fines pricipios nos semper ob oculos habere conuenit, de quibus initio diximus. Primus in hac est humani generis redemptio. In hac vero solida & perfecta Dei cognitio elucet, quando hic iustificatio ipsius, bonitatis item & misericordiae, adhuc veritatis, omnipotencie & sapientiae argumenta proponuntur lucis clariora. Accedit his exemplum, quo Christus nobis praire voluit. In hac ergo intenzi salutem, quam ille nobis acquisuit, fide constantis apprehendamus, eiusdem autem merito redempti libertatem.*

Ita fieri, ut huius vita certamina emensi olim regno fruamur, quod  
in filio suo nobis preparauit Deus pater: cui debetur  
benedictio, honor, gloria & possessio eternum. Amen.

E T cùm transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobobi & Salome, emerunt aromata, ut uenientes uenerent eum. Itaq; ualde mane primo die hebdomadae ueniunt ad monumentum, exorto sole. Dicebantq; inter se: Quis reuolvet nobis lapidē ab ostio monumenti? (Et cùm respexissent, uident lapidem esse reuolutum) erat enim magnus ualde. Et ingressæ in monumentum, uiderunt adolescentulum sedentem ad dextram amictum stola candida, & expauerunt.

Vsus resurrec<sup>i</sup>tionis Christi.  *Vocies Dominus & saluator noster Iesu Christus de sua morte discipulos admoni-  
t, mul quoque se terio die post à morte resurrectarum esse promisit. Unde constat in mo-  
tum modo Christi, verum etiam eiusdem resurrectionem ad nostrā redēptionis ne-  
cessariam fuisse, immo hanc nostrā redēptionis esse complementum. Quae consi-  
euangelistas mouit, ut unanimi studio & confensa illius historiam descriperint, & eadem Ap-  
ostolos incitauit, ut in omnibus suis concionib; & scriptis, Christi Iesu morte & resurrectione in-  
inde inculent, & in his riuieram salutis nostrā rationem confitentes doceant. Quorum exempla  
nos quoque excitare debet, ut sicuti singulas passiones & mortes Christi partes ex ordine infici-  
mus: ita non minori diligentia ea expendamus, qua de illius resurrectione tradantur. Factis con-  
ista ad nostrā salutis certitudinem, & fidem nostram inter tentationum fluctus hand vulnus in-  
firmabunt.*

Ceterū ut evidenter sit & minus perplexa huīus rei tractatio, proderit initio statim, quae Marcus noster pro suo more breuiter exposuit, ea coniungere, quae alij Euangeliis tradi-  
runt, ut ex omnibus simul collectis totius historia summa complectantur, ut quo ordinis singula  
gesta sint, nobis conseruerit.

Resurrectionis Christi historia. *Cum transisset sabbatum, & iam primus hebdomadæ dies ceperisset, multa ad hunc nocte, erga de celo descendit, & terra gravi motu concussa tremuit. Angelus vero cum ad sepulchrum accedens, lapidem ab ostio illius reuulsi, nihil vel excubantes illic milites, vel Romani Imperii mansueti-  
ritus, cuius nomine & autoritate lapidē illum Pilatus obfigauerat. At reuulso lapide sepulchrum Christus prodigij, supra lapidem vero resedit angelus in ueste candida, & facie iusta fulgurante.  
Quare cum angeli splendore, cum Christi resurgentis gloria cunctas tantum non examinans aliquantus per iacent. Paulò post recuperatis animi & corporis viribus in urbem festinat, & sanctoribus quae nam vidissent, referunt. Interea temporis sub primum diluculum ad sepulchrum ui-  
niuit mulieres, & lapidem ab ostio sepulchri deuolum uident, & sepulchrum ingressa angelum  
dextris sedentem, & illas quasi expectantem inueniunt, qui illas de Christi resurrectione certos reddit. Hæc totius historia summa & ordo est, in qua primo videndum erit, quo tempore Christus resuscitatus sit: deinde de mulieribus dicimus, quibus primis innotui Christi resurreccio-  
mō diuinam Christi maiestatem considerabimus, quæ in singulis historiis paribus eluet.*

Tempus resur- *In tempori notatione diligenter summi sunt Euangeliæ, licet quedam inter illos contradictiones  
rectionis Christi videatur, dum alij tenebras, alijs profundum diluculum, alijs vero sub Solis ortum aut solis  
extinctionem facta fuisse dicunt. Sed facilis est huius dissonantie conciliatio, si alios de tempore  
loqui cogitemus, quo primum Christus resurrexit, & quo mulieres se ad iter pararunt: alios de  
eo temporis articulo, quo ad sepulchrum venerunt. Esi enim non procul ab ore absurum sepul-  
chrum, facile tamen fieri potuit, ut illas aromata parantibus, & de toto negotio consultationem  
aut etiam altera hora effuxerit. Etenim Marcus non absque hec iustificatione illas hoc opus agnoscere  
esse innuit, quando illas de sepulchri lapide remouendo sollicitas fuisse dicit. Et hanc solutionem ga-  
libentius amplectitor, quod mihi religiosor videatur, quam si in sacris codicibus in historia tantu-  
menti, mendam aliquam librariorum incuria aut falsiorum improbitate irreprobem dicamus. Sed  
fina*